





592

40

Disputatio Juridica
De 1617
**INOFFICIOSO TE-
STAMENTO; EX TIT.**

18. lib. 2. l.

Quam,

ANNUENTE TRIN-UNO DEO

In celeberrimâ VVitebergensium Academia

P R Æ S I D E

VIRO, CLARISS. ET CONSULTISS.

Dn. ALEXANDRO FABRO

J. U. D.

*Ad diem 10. Augusti, Privata Nobiliss. & Doctiss. Dnm. Col-
legarum discussioni horis matutinis & pome-
ridianis proponit*

JOHANNES NICOLAI
MAGDEBURGENSIS.

WITTEBERGÆ,

Typis Martini Henckelij, Anno CHRISTI

M. D. C. X I.

V I R I S

MAGNIFICIS, AMPLISS. CONSULTISS.
Prudentià rarà, Eruditione præclarà præstantiss.

Dn. STEPHANO OLVENSTETIO
J. U. D. pro tempore inclutæ Reip. Magdeb. Cos.
jàm ejusdem Reip. Syndico digniss.

Dn. JOHANNI ALEMANNO }
PETRO TYLÆO J. U. D. } COSS.

V I R O I T E M

CONSULTISS. ET EXCELLENTISS.

Dn. PAULO CELLARIO R. Capit. Magd.
deburg. Secretario digniss.

N E C N O N

Viris Prudentiss. eruditione & experiencià conspicuis

Dn. VVILHELMO DHVIS }
HEINRICO von Brafen } Camerar.
JOHANNI SALICHIO Reipub.
Magdeburg. Archigrammateo meritiss.

*Patriæ Patribus, Fautorib. & Promotorib. suis
magnis, & ævum honorandis, legalem
hanc συγγραφήν devotè*

Offert & inscribit

Johannes Nicolai Magdeburg.
Auth. & Respond.



CONTINUATIO.



Estamentum Jure conditum quomodo valeat vidimus, simul etiã quomodo Jure & facto testatoris rumpatur. Nunc animus & oculi flectendi ad Inofficiosi querelam, & in presentiarum videndum, quomodo per eam exspiret. Quod enim Jure ordinatur, contrario infirmatur.

THESIS I.

Origo hujus querelae non ex Jure Civili (a), non ex Praetorio (b), sed primitus ex Jure non-scripto fluit (c): tandem verò à Jure Civili confirmata fuit.

(a) ex hoc enim tanquam Regina prodit favorabilis illa testatoris voluntas, quæ instar legis haberi desiderat §. *disponat* N. 22. de nupt. coll. 4. Ipsa enim caritæ venerabilis L. XII. tabb. testatoribus amicè favet, cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut ultimæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium l. 1. C. de S. S. Eccl. l. 21. C. mandat. Goed. ad l. 120. de V. S. Proinde exheredare liberos in sacris paternis existentes omninò olim licebat, imò quos occidere l. 11. de lib. & posth. Heig. ad Rubr. h. n. 2. & ita exheredati Jure Civili testamenta parentum turbare non poterant l. 8. l. 13. in pr. de bon. poss. contr. tabb. Dabatur enim hæc querela emancipatis Juri Civ. quo ad successionem, incognitis l. 6. d. t. Unde & ipsa huic Juri ignota d. l. 8. l. 2 3. in pr. de l. b. & posth. l. f. h. t. & nullis personis ab initio permilla l. 2. eod. Azuma. exerc. 9. 1b. 11. Diss. Cuiac. 2. obs. 21, & 3. obs. 8, & 14, obs. 14. Cont. 1. subcis. lect. 3. & alij per l. 4. h. t.

A 2

(b) §.



(b) §. 2. I. de bon. poss. ubi Prætor heredem non facit, quod Iuris, sed bonorum possessorem, quod Facti. Testamentum rescinditur habitâ ratione illatæ querelæ, & actor ab intestato heres fit l. 8. §. 16. eod. Consequitur hinc de moribus id affirmari, quod de Iure Civ. & Prætorio negatur, cum nulla alia species Iuris Rom. detur, quâ gaudeat, Ius a. 7. de I. & I. §. constat. a. I. d. I. N. G. & C. Don. 13. com. 4. p. 272. Dn. Guil. Forst. d. 17. th. 19. Hoen. d. 9. th. 1. Diff. Vigil. hic n. 2. ex utroq; Civili nempe & Prætorio, eam progerminare autumans.

(c) l. 5. eod. ibi: assidue & soleant, & in pr. I. eod. ibi: indutum est, quæ verba non jus subinferunt, sed factum. Confluebant enim homines (Val. Max. sensum sequor lib 7. c. 7.) primò sine certo Iure ad Judicem, hac querelâ eum inquietabant, quâ recepta, testamenta collapsa. Hæc facta postea in mores commutata, temporis tandem tractu II. & constitutionibus condecorata d. l. 5. Tantus autem favor olim hujus querelæ, ut ea in iudicio frequentibus centumviris ageretur per l. 17. eod. Præsede Prætoris l. 5. eod. horum diversas & dispersas sententias coacervante l. 10. l. 15. §. 2. eod. Ex vero causâ in hoc iudicium cadunt, quæ ultra Ius Civ. & Prætorium sese extollunt, decidenda secundum Veritatem & Sanctimoniam nobilis hujus confessus, vi eorum quæ adducit ex Spiegel. Lex. Iur. Arumæus ad l. 4. d. 7. th. 19. h. t. n. Chslet. in tr. port. c. 4.

THESIS II.

Est autem hæc Querela petitio hereditatis (a), ex causâ inofficiosi testamenti (b), quâ quis hereditatem tanquam ab intestato, rescisso eo, delatam (c) sibi restitui petit (d); adversus scriptos testamento heredes.

(a) Petitio hereditatis est vel generalis, vel specialis. Illa causam subministrat, quâ vel ex testamento, vel ab intestato hereditas petitur, de quâ conceptus r. ff. & C. de hered. petit. quod declaratur per l. 1. 2. & 3. ff. d. 1. Hæc est ipsa hereditatis petitio ex causâ Inofficiosi l. qui de inoff. 20. eod. ubi qui experitur hac, nec Iure potest, nec debet aliâ, Est autem hæc querela Actio l. 7. & 15. §. filius

l. 16.

l. 16. eod. At absq; petitione non esset actio; nil enim postulare-
tur Dn. Guil. Forst. part. 2. d. 2. lb. 2. Hinc cum eod. Forst. Præce-
ptore nostro dicimus esse Actionem Realem l. sed etsi lege §. petiti-
o de hered. petit. l. sin a. 27. § 1. de R. V. Petitionis enim verbo acti-
ones reales notantur l. 178. v. petit. d. V. S. quæ adsi milantur rebus
quæ his petuntur gl. & Dd. in l. 1. C. si advers. transf. VVes. in par.
de hered. petit. n. 2. & effectus hujus est rei vindicatio l. 3. in pr. de
pignor. & hypoth. l. 17. h. t. n. Hereditatem enim petimus hac à pos-
sessore l. nec ullam 13. §. f. cum ll. seqq. h. t. non hoc colore ac si ex
præcedenti contractu nobis obstructus, sed quia hereditarium vel
pro possessore, vel pro heredem possidet l. regulariter de petit. hered.
Don. 19. com. 12. p. 323. Dn. Forst. d. lo. Hackel d. 6. th. 16. Diss. Bl. in
l. 7. C. de hered. petit.

(b) Quod contra Pietatis officium factum l. 2. l. 15. eod. Cum
enim parentes novercalibus delinimentis instimulati liberos
exheredant & silentio excludunt (quod vim exheredationis in
matre olim habebat §. f. 1. de exhered. lib. hodie non per N. 115. c. 3.
Hoen. d. 7. th. ult) contra L. Naturæ, quæ invitatur ad successio-
nem l. 7. §. f. vnd. lib. l. 7. de bon. damn. placuit ut sic res ad causam
intestati devolveretur, l. 4. h. t. Alth. 1. I. R. 27.

(c) Per l. 8. §. 16. l. 17. §. 1. eod. Hinc resultat duplex hujus
querelæ finis: Primus ex quo principium actionis, Rescisio;
alter & is summus, ad quem tendit actio, hereditatis petitio.

(d) Est enim Actio Realis petitorij judicij VVes. in par. de he-
red. petit. n. 6. I. f. in §. actionum n. 214. I. de act. Actor enim non
petit res solùm hereditarias, sed petit se heredem declarari, & ex
suo jure se dominum pronunciar. Hocq; adeò verum, ut etiam
legata & libertates ex rupto illo testamento hodiè debeantur Auth.
ex causâ C. de lib. prater. Dn. Forst. d. lo.

THE S I S III.

Et locum habet ut in lineâ recta (a), ita ferè in colla-
terali (b); nisi hodiè heres scriptus ex testamento pondero-
sam satis & justam causam exheredationis ad oculum de-
monstret (c)

(a) Per c. 3. N. 115. ubi Imp. ait testamentum evacuari &c &c. 4.
rescin-

rescindi debere. Jam omnis privatio; præsupponit habitum l. 10.
& 16. de V. O. l. 208. de R. I. & corruptio est entis alicujus corruptio:
Ens vero in jure nullum, nisi quod justum. Si ergo ens tantum re-
scindendū, & ens tantū justū est, liquet illud solum rescindi, quod
justum est, modò rescindendum est, l. 5. de. injust. rupt. Duar. in com.
ad h. t. n. c. 3. inf. Vult. ad pr. hic. Hoen. d. 9. th. 6. Diss. Martin. gloss.
& alij putantes propter N. 115. hodiè hujus querelæ vires ipso ju-
re in lineâ rectâ exhalasse huicq; ab blandiri videtur VVes. in par.
in pr. n. 7. eod. sed seipsum recolligit. Alitèr verò in l. h. t. §. 3. n.
5. inf. distinguit, utrum quid exheredato relictum, an nihil, si ali-
quid dicit Mart. sententiam triumphare, si nihil, nostram.

(b) Quia non indistinctè, sed ita demum si persona inhone-
sta & turpis instituta l. 27. C. h. t.

(c) Olim enim penes actorem erat probatio, alias præsu-
mebatur ingratus l. 5. eod. l. 28. C. eod. l. 16. fam. eris. idcirco dici-
tur in pr. l. hic: qui conqueruntur Vult. hic n. 12. Reo indifferenter
hodiè injuncta N. 115. ut cum de appellat. §. si igitur; & procedit et-
iam hæc querela, quando prægnanti justaq; ex causâ exhereditatio
facta, ad quam probandam heres invalidus. Hæc enim non so-
lùm testamento necessariò inferenda Auth. non licet C. de lib. prat. §.
sancimus N. const. 115. sed ab herede etiam necessariò probanda d.
Auth. d. N. §. si igitur.

T H E S I S I V.

*Affulget autem primò liberis legitimè successuris (a),
jam natis & doli capacibus (b); ÿsq; vel naturalibus & le-
gitimis simul (c), vel his tantum (d): non vero illis tantum
(e), nisi adversus maternum & maternorum testamen-
tum.*

(a) Utriusq; sexus l. 1. 3. 4. 5. & 27 §. 3. eod. l. 34. C. eod.
Idq; hodiè obtinet sive in sacris positi, sive emancipati per l. 4. v.
sancimus itaq; C. de lib. prat. arg. N. 118. c. 1. & 4. §. sed hæc l. de exhered.
lib. in infinitum propter voculam liberos l. 56 §. liberorum l. 220. de
v. s. & §. 1. l. eod. l. si non instituta 27. §. 1. eod. Si nullum aliud
juris

juris auxilium ipsis auxiliatur *d. §. tam a.* Ubi enim ordinaria remedia adsunt, extraordinaria exulatum ire jubentur *l. 16. in pr. de Minor. l. 1. in f. ff. ad Municip. l. 3. C. si advers. liberti. Schneidvv. ad d. §. VVes. in par. n. 6. & ad C. n. 7. eod. Gometz. tom. 1. var. resol. c. 11. lit. H. Adi Don. qui tres justas causas exheredationis liberorū inducit, ex ijsq; quatuor injustas deducit *19. com. 4. fol. 267.**

(b) *Pex l. 33. §. 1. C. eod. gl. & Dd. hic in §. 2 I eod. Gothofr. ad d. l. 33.* An autem posthumis hodiè? Ipsos querela opus habere non censemus. Ipso enim jure accepimus à Iust. illam exheredationem nullam, quam non individualiter comitatur Ingratitudo, vi *N. 115.* Equi a. in posthumis pravus hic affectus erit, cum ne ipsi quidem sint, sed adhuc in naturæ latebris sepulti delitescant? *l. 32. in f. C. h. t. Myns. hic n. 4. Vult. ad §. posthum. l. de exhered. lib. n. 16. & ad pr. hic n. 6. Hackel d. 6 th. 4.* De partu octimestri idem nobis esto judicium. Hic enim cum vitalis teste *Dn. Forst. part. 1. d. 3. th. 6.* filius certè erit *l. 129. de V. S. Andr. Gerb. exer. Iust. Dec. 8. th. 5.* Exheredatus igitur habebit jus dicendi nullum.

(c) Hi enim ab intestato succedunt: & sui quidem *ll. 12. tab. Iure Suitatis, cum vivo testatore domini existimentur l. in sui II. de lib. & post. Vultejus ad princ. hic κατ' ἐλπίδα vel κατ' ἐξέληψιν,* quia non fingitur intermedio tempore hereditas jacens *l. 14. de suis & legit. l. 2. §. f. l. 13. C. de jur. delib. Forst. 1. de success. §. n. 6.* Emancipati verò sequuntur in successione jure Pratorio hodiè. *Nov. 118.*

(d) *d. §. tam a. l. eod. l. 8. & l. 15. ff. h. t. cum jura quoq; consanguinitatis habeant cum his qui sunt in familiâ, vel in utero, vel post mortem patris nati l. 1. in f. ff. de suis & legit.*

(e) *l. 29. §. 1. eod. l. 2. l. 8. vnd. cogn.* Etsi enim ex justis nuptijs non suscepti sint, non tamen minus mater est quæ peperit, nec minus filius qui natus est; mater siquidè semper certa *l. 5. ff. de in jus voc. Don. 19. com. 4. in pr. cujus calamitas ei qui in ventre est, nocere non debet pr. l. de ingen. Patris testamentum idè accusare nequeunt, quia Iure Civ. pro liberis non agnoscuntur, & sic patrem habere non creduntur *l. 23. de stat. hom. cui, si succedunt, non ex necessitate, sed voluntate succedunt Schneidvv. hic n. 4. nisi defici-**

ficientibus liberis, & legitimâ uxore l. 23, & l. seq. VVes. in par. C. h. t. n. 7. Imò si mater gente illustris, pudicitia, quæ de hac præsumitur, eos retrudet l. si qua illustris C. ad DC. Orfic. Trent. d. 13. lb. 2. Giph. d. 18. n. 21.

THE S I S V.

Vice versâ datur hoc remedium parentibus utriusq; sexus (a); modò ab intestato fuissent successuri (b), & liberi non sint testati de bonis castrensibus vel quasi (c).

(a) naturalibus & legitimis simul quidem indistinctè, tam in lineâ maternâ, quam paternâ. Naturalibus vero in lineâ duntaxat maternâ; omnibus tamen in infinitum per tex. in l. 4 §. 3 de in jus voc. Hinc non tantum pater, mater, avus, avia hanc querelam habent, sed quicumq; parentis locum obtinent; non propter votû suû l. 15. h. t. Cuius 8. obs. 23. sed propter miserationis rationem, quæ parentes ad bona liberorum citat § f. 1. de legit. agnat. success. l. 7 §. 3. vnd. lib. turbato mortalitatis ordine d. l. 15. VVes. in par. C. n. 7. & ad §. 1. l. h. t. Vult. hic n. 7. Heig. n. 4 Alth 1. l. R. 21. Hoen. d. 9. lb. 6. Adi & audi Don. d. lo fol. 269. ex N. 115 hic tres justæ, quatuor injustæ exheredationis causas derivantem.

(b) Hinc si quis deceat relictis & præteritis patre, avo & proavo, avus & proavus querelam inofficiosi non habent, cum obstante patre ab intestato non succedant, Nov. 118.

(c) De his autem dupliciter testantur; vel iure communi, vel militari pr. t. 1. quibus nõ est perm. fac. test. pr. t. 1. de milit. testa. Hoc iure testamentum factum, iure ne novissimo quidem, subjectum est huic querelæ per l. 24. l. ult. C. eod. Triplex autem agmen militum in iure nostro militat; Militare, Togatum, Legale & Spirituale Reusn. de testam. p. 5. vol. 2. cap. 4. Ex his armatæ militiæ milites qui in expeditione æstuant, hoc speciali privilegio coronati. Hi enim iure suo l. ult. §. sed & veterani C. eod. quomodo velint, quomodo possint testari queunt l. 15 C. de test. milit. illud ex voluntate, hoc ex necessitate. Iuris enim vinculis eorum testamenta non subiciuntur l. 3. C. d. t. cum eorum voluntas, quoquo modo inveniat, rata sit §. 1. l. de mil. test. atq; ita per hanc querelam nõ rescindenda. Tollerentur enim aliâs militaria privilegia, quæ par-

ri m

tum illis data & donata ob simplicitatem & juris ignorantiam d. l. 3. l. 1. C. de jur. & fact. ignor. partim ob salutem publicam Phil. Hoen. d. 7. th. 10. Ex his igitur facile tota opinionis nostræ vis enascitur, cui calculum apponunt Vigl. hic n. 4. Fach. 6. contr. 74. Dn. Guil. Forst. d. lo. Arum. exer. 10. th. 13. Hoen. d. 9. th. 5. Subsistit hic Vult. n. 7. Majus verò dubium gignit, si filius, de peculio, quod habet, castrensi vel quasi, jure communi testetur, an testamentum ejus hodie inofficiosi querela subiaceat? Sunt qui negant. Affirmativa commu. Dd. calculo approbata est, & confirmatur per N. 115. c. 4.

THESIS VI.

Succurrit etiam collateralibus proximioribus consanguineis (a) si propudiosa turpesq; persona illis prelatæ (b); aliter si honesta (c): non vero ulterioribus (d).

(a) puta fratribus sive ij sint ἀμφιθαλεῖς ex eodem patre eademq; matre geniti, sive ἐτεροθαλεῖς ex eodem patre tantum l. 1. eod. l. fratris 21. C. eod. Nō uterinis l. fratres 27. C. eod. Don. 19. com. 4. in pr. Cōsultū etiā it sororib; ad eadē formā §. soror. l. eod. l. 15. eod. d. l. 27. teste VVes. in par. C. hī. n. 7. Vigl. n. 8. Cōnan. 9. cō. 9. Treutl. d. lo. th. 4.

(b) per d. §. soror d. l. fratres 27. Quid si Spurius heres scriptus? Negam. fratrem habere querelam, si spurium ut spurium consideramus. Qui si inhonestè & immodestè vivit, fratri affulget hæc querela, non in quantum spurium institutus, sed in quantum inhonestæ vita gaudet, & ita institutus. Quid enim si spurium hic non institutus, sed alia persona turpiter & inhonestè vivens? Putamus enim spurium neq; juris neq; facti ignominia notari, cum ad omnem infamiam concurrat factum proprium arg. §. 1. l. de oblig. quæ ex del. l. cognitionum 5. §. 1. ff. de extraord. cognit. Vult. 1. I. R. 26. n. 5. Tale vero spurio imputari nequit. Nasci enim ex adulterio vel illicito coitu, non est culpa nascentis, sed generantis c. nasci dist. 56. adeò ut ex veritatis ore aureum illud Podisippi; Nothum tantum valere quantum legitimum, referente Stobæo serm. 77. Omnes enim Natura produxit æquales l. 32. de R. l. l. 4. de l. & l. vid. Thomng. in decis. ill. q. 48. n. 30. & seqq. Dn. Forst. d. 13. part. 1. th. 20. Incidentèr autem potest hic queri, Utrum avus nepotem ex

B

filio

filio spurio possit heredem instituere? Quod affirm. si nullam patrem legitimam sobolem habeat superstitem, aut hoc in casu patri nihil acquiratur per *l. f. C. de nat. lib. l. i. §. f. l. 3. §. si emancipat de bo poss. contr. tabb. Hackel. d. 6. th. 5.* Nepotes verò ex incestu filij nati ab avo heredes institui nequeunt *ex. in l. si quis incesti C. de incest. nupt. ubi Bl. & Palesth. d. c. n. 9. Fach. 5. cont. 98.* Hinc in transcurso quaerimus, an spurij in quantum deficiunt natalibus, Doctores a lauro coronandi? Aff. de jure videtur triumphare, cum nullis infamiae cicatricibus occalleant & ad officia publica evehantur *l. generaliter 3. §. spurios 2. de decur. l. 6. d. r.* Negativa autem ex multorum locorum consuetudine & statutis confirmata est, propter sinistram forsàn hominum de jis opinionem & contentum, *Azo in sum. C. ex quibus causis infam. irrog.* Quod, ni fallor, in causa est quod spurij, in quantum tales, non recipiantur in ordinem mechanicorum. *Andr. Gerb. dec. 8. th. 9.*

(c) Opposita n. suis contrariis innotescunt teste *Phil. i. top. 10. & li. 8. c. 1. arg. pr. h. de his qui suo vel ali. jur.* Unde elicitur quod si honesta persona à fratre instituta, ut patruus, avunculus, &c: fratrem non posse hoc medio & remedio sibi consulere, *Giph. d. 18. n. 19.* Satis enim est cur non immeritò, non indignè videatur exclusus, eoq; nec agere potest *Don. 19. com. 4.* Ubi simul V. justae exheredationis causas hoc in casu refert. Quid si honesta & turpis persona heredes simul scripta? Dicimus adversus hanc non illam hanc querelam stringendam *Don. d. lo. p. 270.*

(d) fratrum filiis, nepotibus & neptibus & reliquis cognatis. Hi enim testamentum querelare nequeunt *l. fratris 21. C. eod.* cum nulla obtinendi spes ipsis residua, & operam & oleum perdant in dilapidandis sumptibus. *l. i. h. t. l. 27. C. h. t. §. 1. l. eod.* Nec enim L. mens est ut in infinitum effundatur necessitas instituendi, & libertas testandi restringatur, ut *Vves. in par. h. t. n. 6. contr. l. i. de ff. Eccl. notat.* Dicimus hinc fratrum filios cum patris non succedere patrio per querelam intestato facto. Hi enim ita demum cum patris succedant, cum causa intestati simpliciter obtinet. At vero cum haec actio sit petitio hereditatis ex causa inofficiosa, non potest simpliciter intestati causa obtinere: ut differit *Vigl. n. 9. Vult. hic n. 10. Arum. d. 10. th. 15. Treat. hic*

THE

THE S I S VII.

Datur deniq; hac querela non tantum ipsis personis ab intestato succedentibus; verum etiam eorum heredibus. Et in lineâ quidem recta indistinctè (a). In collateralivero non aliter nisi eam defunctus præparaverit, & non mutatâ voluntate post litem contestatam decesserit (b). Duplex etiam jus hic obtinet, Accrescendi (c) & Edicti successorij (d)

(a) sive præparata sit sive non l. nam etsi 15. §. 1. h. t. l. si quis filium 34. & l. 36. C. eod. VVes. in. par. h. Treutl. d. 13. rh. §. vol. 1.

(b) l. 1. l. 6. §. ult. h. t. Non enim sufficit litem instituere, si non in eâ perseveres l. 15. §. 1. eod. Hoc adeo verum, ut etiam frater aliter nequeat eam in suas heredes transfundere l. si pater 5. n. 3. h. t. per l. si quis 34. cont. gl. ne vis l. inferatur certis cancellis eam circumscriptibenti, ut Treutl. hic annotat d. 10. rh. §. Exhereditatio enim ob quam competit hac querela, est quædam injuriæ species, cujus genus ad heredem non transit §. 1. l. de perpet. & tempor. act. l. injuriarum 13. de Injur.

(c) puta si alteruter ex duob. filiis exhereditatus hujus querelæ vim & virtutem amittat, fortean non agnoscendo sibi quoquo modo quod relictum l. nihil interest 12. eod. aut judicium testatoris approbando l. Papinianus §. si conditioni eod. aut per quinquennium silendo l. semus 36. §. f. His in casibus pars unius beneficio accretionis, alteri accrescit. Aut. Rub. in tr. h. t. n. c. 12. n. 6. VVes in par. n. 6. in f. Don. 19. com. 9. in pr.

(d) Quando nimirum quis ex primo gradu admissus sponteâ voluntate testamentum inquietare noluit, dum vel huic auxilio renunciavit l. qui repudiantur 7. l. nam etsi 15. §. 1. eod. aut testamentum ut in officiosum, ratione suæ personæ, accusare non potuit. Hoc casu proximior ex gratiâ hujus edicti, succedit per l. 31 §. 1. eod. l. 14. eod. ubi Treutl. d. 10. allegat Costal. ad l. 6. & 8. Duar. hic. c. 8. in f.

THE S I S VIII.

Dirigitur hac querela (a) contra omnes testamenti propugnatores, cujuscunq; ætatis aut conditionis (b): & hoc colore proponitur (c), quasi non sanæ mentis fuerit testator, cum testamentum ordinaret (d). B 2 (a)

(a) Cum, ut dixim⁹, sit actio realis, retorquetur in ipsū subjctū, quod arguit *l. 2, 3, 5. eod.* & sic in ipsā hereditatē *Ves. in par. C. h. t. n. 8.*

(b) qui pro heredibus possessoribusve hereditatem possident, qui triplicis ordinis. Primò heredes testamento, quod evacuatur, scripti & nuncupativi *l. nam etsi 15. §. 2. l. 17. §. f. l. 25. §. f. l. 27. §. pen. l. 29. in pr. eod.* Deinde horum substituti, quive in eorum locum succedit, ut fiscus *l. 10. C. h. t. Paul. 4. sent. 5. §. 3.* Hi etiam possessores & heredes sunt. Deniq; fideicommissarij, quibus concedita hereditas per restitutionem ex fideicommissō, *l. 1. C. eod.* Propriè hi non heredes, cum qui restituit hereditatem, ut semel heres existit, ita heres non desinit. *Don. 19. com. 8. in prin.* Non filet autem hæc querela attonita fulgore Majestatis, splendore amplitudinis, vinculo sāguinis, amore pietatis *l. Papinianus 8. §. si imperator. ff. h. t. Don. d. lo. Connan. 9. com. 8. n. 11. Dn. Guil. Forst. d. lo. lit. F.*

(c) in eā provinciā in quā scripti heredes domicilium habent *l. 29. §. f. eod. l. 19. de iud. c. l. 1. C. ubi in rem act. vel ubi maxima hereditatis pars sita Dd. com. in l. unica C. ubi de hered. agit.* Quid si plurib. locis hereditas diffusa? Plurib. poterit institui, non tamen in præjudicium actoris *l. periniquum C. de iurisd. l. f. C. de long. tempor. præscript.* Et hæc ita procedunt, ni fortè heres qui in possessione est, in modum contradictionis excipiendo querelam inducat *l. Papinianus 8. §. si filius 13. eod.* Veniunt autem in hoc iudicium non solūm res hereditariæ, verūm non hereditariæ, exceptis servitutib⁹, per ea quæ all. *Dn. Guil. Forst. part. 2. d. 2. th. 5.*

(d) non ac si verè furiosus fuerit (hujus enim testamenti factio cum ipsā Nullitatis quæstione cadit *§. præterea l. quibus non est permiss. fac. test.*) sed qui unā in re furiosus fuisse dicitur, ut *Anton. Govean. ad l. 1. n. 15. C. eod.* placet, & furiosum producit effectum *l. qui repudiantis 17. §. ult. l. nec fidei commissa 36. de legat. 3.* propter improbū & alienum in liberos adfectum *l. 2. l. 5. eod.* qui non in atrocitate, sed pietate consistere debet, *l. 5. ad L. Pomp. de parri.*

T H E S I S I X.

Ne vero supra nominatis personis immeritò exhereditatis, aut preteritis, heredum astutiā quadam exheredationis cause affingantur (a), adserimus bodiè exheredationem

tan-

tantum propter XIII illas causas Novel. 115. Valere (b).

(a) *in pr. 1. hic, cui adde l. 3, 5. eod.*

(b) Exheredatio olim non nisi meritis de causis fiebat l. 7. de bon. damn. quæ pendebant ex arbitratu centumvirorum, ut in th. 1. lit. C. dictum: variæ enim erant, & incertæ. Justiniano verò mitior & amittior sententia refedit, ideoq; necessarium perspexit exheredationis causas *nominatim* lege comprehendere *pr. d. N.* Ubi ipsum formale in causarum certarum expressione consistere asserit. Quod a. suam formam habet, per hanc certum est, adeoq; præter formæ mutationem & sui interitum immutabile; quod v. immutabile, eequi ex cuiusvis arbitrio erit mutabile *arg. l. 2. de. Iur. & fact. ignor?* Extensio igitur contra ipsam N. naturam. Unde constat nullas pares, vel majores causas præter mētem Imp. d. N. insinuandas. Frustra n. aliās antiquus iste alterationum & incertitudinis causarum ignis extinctus, si hæc flammæ sub cinerib. relicte. *Don. 6. com. 12. in f. Connan. 9. com. 10. Vigl. ad §. f. 1. de exher. lib. Dn. Præceptor Forst. d. 12. th. 18. Hoen. d. 7. th. 14. Diss. Syvartzmeier 1. miscel. 5. in f.* Ex hisce ulterius firmiter conjecturamus, exheredationem ipso jure mortuam esse, cui certa causa non affixa §. *illud quoq; in Auth. ut cum de appellat.* Ab effectis enim vires causarum arguuntur: Exheredatio est effectus, stillans ex duplici fonte, Homine & jure; illo ut producente, hoc voluntatem hominis productam vel corroborante, vel annullante. *Vult. hic n. 15. Diss. Vigl. putans exheredationem in trib. casib. citra causæ expressionem valere d. 10.* Hac occasione statuimus, justam causam non esse, si filia majorennis absq; consensu parentum nubat, quod jure quoq; Sax. probatur *li. 1. Sandtr. art. 5. ubi gl. VVes. in par. de lib. & posth. n. 5.* Secus se res habet in filiâ minorenni de *Iur. Civ. per N. 115. §. 11. Arum. d. 2. th. 11. Ordin. Eccles. sub. t. Bon Egelabnuf.*

THESIS X.

Interit hujus querela vis, si relicta legitima, vel integra, vel pars (a). Definimus autem legitimam portionem hereditatis ab intestato (b), lege debitam (c).

(a) *Per l. 30 §. sed hæc ita C. eod.* Olim filio cui mino quartæ legitimæ & relictum, cū pro parte quæ quartæ decrat, exheredari visus, testa-

men-

mentum impugnabat l. 8. §. quoniam ff. eod. l. 6. l. 8. l. 36. §. 1. C. eod.
Hodie quiescente querela inofficiosi conditione ad supplemen-
tum agit ex l. §. 3. l. eod. l. omnimodo 3. C. eod. l. un. de cond. et. ex l.
Vves. in l. hic & in par. C. Hoen. d. 9. th. 11 Diss. Duar. de acquir. hered.
Fach. 4. contr. 65. & li. 6. c. 56.

(b) non bonorum, per l. 8. §. 8. ff. eod. ibi: totam hereditatem
vel partem. Hæc enim portio institutionis titulo relinquenda N.
115. c. 3. An autem solo? quod arridet hodie per d. N. in pr. ibi: nec
si per quamlibet. Idem in parentib. Iust. placuit c. 4. in pr. d. N.
Duar. ad t. de acquir. hered. Fach. 4. contr. 65. Dn. Guil. Forst. d. disp. 13.
th. 23. & Dd. com. Diss. VValt. 1. misse. 5. Vaud. 1. quast. 5. Legitima
verò in vitâ patris nemini debetur l. 1. §. si impubere de c. llat. bon.
Myns. 4. obs. 25; nisi pater monasterium ingressus sit Nov. 5. c. 5.
Pater tamen si vult legitimam filio assignare, potest, quæ auctis
bonis, & ipsa augetur l. si quando §. 1. C. h. t. Fach. 4. cont. 27. Trentl.
d. disp. 13. th. ult. vol. 1.

THESIS XI.

*Estq; legitima alia parentum qua parentibus debetur,
liberorum alia qua liberis (a), alia qua fratribus & sororibus
(b). Parentû & liberorû portio aucta (c): horum nõ item (d).*

(a) Hæc vero legitima non nisi deducto ære alieno, & fune-
ris impensis debetur l. 8. §. quarta eod. l. f. §. 9. C. de jur. delib. Hodie
dos & donatio propter nuptias in quartam imputanda l. quoniam
29 C. h. t. l. un. §. videmus 1. & 12 C. de rei uxor act. Unde vestes, tem-
pore nuptiarum, à patre filiaè datas in legitimam computamus,
modo fuerint preciosæ, Vves. in. par. C. h. t. n. 15. quæ mediante
juramento à filia erunt æstimandæ lib. 1. Sandtr. art. 13. Sneider. in
§. quedam l. de act. n. 39. Quid verò de sumtib. studiorum, Docto-
ratus, librorum, quos pater in filium impendit? Opinamur eos
non computandos in legitimam, si non credendi animo patrem
eos misisse comprobatum fuerit l. 50. ff. fam. erisc. Computandos
vero autumamus, si male & in malos collati, & reliqui in legiti-
mâ la si, ut diffusè Pistor. li. 1 q. 19. Thomng. decis. 32. Lucius de priv.
schol. priv. 27, ubi 12. amplificationes, totidemq; limitationes hujus
doctrinæ notat Dn. Guil. Forst. d. lo. part. 2. Trentl. d. disp. th. 16.

(b)

(b) Hæc verò non aliter debetur, nisi turpibus personis institutis, d. l. 27. C. h. t.

(c) Quantitas legitimæ indistinctè olim erat quadrans. l. Papinianus 8. §. 6. & 8. eod. si pater 5. & 8. C. eod. Hodie est triens per N. 18. de trient. & sem. c. 1. inf. ubi Imp. omnib. personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est, portionem auget in trientem. At liberis & parentib. olim decreta est, cum ratione & nomine quartæ de inofficioso agere illis licitum l. nam et si 15. h. t. Ergò & c. Cujac. in d. N. Vasq. & alij ad A. Novissima C. h. t. VVes. d. lo. Arum. exerc. 11. th. 20. Hoen. d. 9. th. 15. Diff. Vaud. li. 1. q. 50.

(d) Per d. N. 19. ubi Imp. agit in Rubr. de triente & semisse filiorum. Constat autem nigrum non transilire vim & naturam rubri *Did. com. E.* colligendum fratrum legitimam non esse auctam. Præsertim cum fratres querelam inofficiosi regulariter non habeant l. fratris & l. fratres C. h. t. VVes. in l. hic. Heig. ad f. hic n. 8. Arum. exerc. 10. th. 21. Guil. Forst. d. 13. th. 25. Diff. Hoen. d. 9. th. 16. Quando autem hæc actio ad legitimæ supplementum præscribatur, vide Philip. Hoen. d. lo. th. 12. qui post Gometz. tom. 1. var. resol. c. 11. 23. & Guil. li. 2. obs. 120. n. 7. defendit eam triginta demum annorum spacio tolli, quem & nos sequimur contra Br. in l. 34. n. 3. C. h. t. n.

THESIS XII.

Coronidis autem loco notandum querelam inofficiosi testamenti temporalem (a), & intra quinquennium continuum, (b) non à morte testatoris, ut Modest. visum; sed ab aucta hereditate computandum (c), intentandam esse.

(a) l. si quis 34. inf. C. h. t. l. Papinianus 8. §. f. & l. 9. ff. eod. VVes. in par. n. 4. C. h. t. n.

(b) l. 2. C. de Apostat. d. l. si quis 34. l. scimus 36 §. illud præterea C. h. t. n. l. 2. C. in quib. caus. in integr. d. l. 8. & 9. ff. h. t. VVes. n. b. tamen d. lo. n. 11. iustam causam tarditatem excusare placet per l. 16. C. h. t.

(c) d. l. scimus 36. C. h. t. Don. 19. com. 6.

FINIS.

Faint, illegible text on a circular piece of paper pasted onto the book cover.



Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv.,







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1611
 uridica
 OSO TE.
 ;EXTIT.
 I.
 -UNO DEO
 gensium Academia
 I D E
 CONSULTISS.
 RO FABRO
 D.
 liss. & Doctiss. Dnm. Col-
 atutinis & pome-
 ponit
 NICOLAI
 ENSIS.
 R G Æ,
 Anno CHRISTI
 X I.

40

